



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Dubium II. An ad impletionem præceptorum requiratur intentio iis
satisfaciendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

quomodo sint confutandi. R. Bajus, Iansenius & alii docuerunt charitatem esse necessariam ad implenda omnia præcepta; item omnem actionem esse peccatum, quæ non fieret ex charitate, uti referemus & falsum esse ostendemus l. 2. n. 132.; Hic satè est notare, quòd certum sit præcepta posse impleri absque Charitate, nam inter 79. propositiones Bajanæ à Pio V. Greg. XIII. & Vrb. VIII. Damnatae est hæc 16, Non est vera legis obedientia, quæ fit sine charitate.

D U B I U M II.

An ad impletionem præceptorum, requiratur intentio iis satisfaciendi.

R Esp. Quòd non. Ita Sanch. Vasq. 1. 2. q. 100. cc
a. 9. & alii communiter. Ratio est, quia lex ee
tantùm præcipit liberam operis externi executio- ee
nem, v.g. auditionem Sacri, non autem, ut alio pe- ee
culiari actu quis velit vel intendat præcepto satis- ee
facere: sive, ut alii loquuntur, præcepta non obli- ee
gant ad obedientiam formalem, hoc est, ut aliquid ee
fiat, quia præcipitur; sed tantùm ad materialem,
sive ut fiat, quod præcipitur, vid. inf. lib. 3. tr. 3. c. 1. ee
d. 3. Vnde resolvuntur sequentes Casus:

I. Qui alicujus præcepti immemor, illud imple- ee
vit, v.g. ignorans esse diem festum, liberè tamen in- ee
terfuit Sacro, is satisfecit: Neque, ut quidam volunt, ee
necessè est, ut postea intelligens esse diem festum, ve- ee
lit nunc satisfacere per Missam auditam, quia im- ee
plevit substantiam actus præcepti. S. Th. Henr. Fil. ee
t 5. c. 7. q. 7.

II. Is votum, juramentum & poenitentiam Sa- ee
cramentalem verè implet, qui opera promissa vel ee
injuncta exequitur, etsi non habeat intentionem ee
implendi; modò tamen non applicet ea pro alia re. ee

390
 "Ratio, quia **vōm**, &c. sunt leges quasi particulares,
 "quas homo sibi, vel alteri imponit, unde tantum
 "obligant ad substantiam actus. **Suar.** **Azor.** **Leſſ.**
 "Laym. num. 7.

693

D U B I U M III.

*An satisfaciat præcepto, qui faciens opus, ex
preſe intendit per illud non satisfacere.*

"**R**Eſp. Satisfaciat. **Suar.** **Val.** **Vasq.** l. c. & **Leſſ.** l.
 "2. c. 7. dub. 10. contra **Nanar.** **Azor.** **Cte.** Ratio
 "est quia præcepta tantum obligant ad substantiam
 "operis injuncti; ergo illa positâ non est in potesta-
 "te operantis, ut non satisfaciat. Nec refert, I. quod
 "actus non operentur ultra intentionem agentis,
 "quia id intelligitur, quando est in potestate ope-
 "rantis, v. g. satisfacere, vel non. Nec 2. quod qui
 "debet alteri centum, non satisfaciat obligationi, si
 "liberali donatione det ducentos: Nec 3. quod vo-
 "to obligatus ad recitandum rosarium, si recitet ani-
 "mo non implendi, non satisfaciat. Ratio, quia ha-
 "bitus & similes obligationes proveniunt ex voluntate
 "promittentis, qui, sicut ab initio debitorem se liberè
 "constituit, sic in debito liberè permanere potest:
 "obligatio autem parendi legi, provenit ex volunta-
 "te legislatoris; ideoque non extenditur ultra ejus in-
 "tentionem & voluntatem, nempe ultra substan-
 "tiam operis præcepti. **Kōn.** n. 309. v. **Leſſ.** l. c. &
 "Lay bīc. unde resolvuntur sequentes Casus:
 "I. Sacerdos, qui legit Horas, non eā devotione,
 "quā voluit, ideoque proposuit, ad satisfaciendum
 "præcepto, repetere, et si deinde non repeatat, satisfecit
 "tamen præcepto. **Suar.** **Kōn.** **Lugo** **Cte.**
 "II. Audiens Sacrum die festo, quod scit esse ulti-
 "mum, (vel, si non sit ultimum, intendens non
 "audire aliud) licet intenderit non satisfacere, verē
 "tamen